




Henry Edward Bunbury.


ANNALIVM
TYPOGRAPHICORVM
V. CL. MICHAELIS MAITTAIRE
SVPPLEMENTVM.

ADORNAVIT

MICHAEL DENIS

Aug. a Conf. et Biblioth. Palat. Custos.

PARS I.



HOC . TVLIT. INVENTVM . FELIX . GERMANIA . TERRIS
ARTIS . ET . INGENII . NOBILE . SCHEMA . SVI .
Rob . Gagvinus.

VIENNAE,

TYPIS JOSEPHI NOBILIS DE KURZBEK, CAES. REG. AUL. TYPOGR. ET BIBLIOPOLAE.

M. DCC. LXXX. IX.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

PARS PRIMA

LIBROS ANNI NOTA INSIGNES COMPLEXA.

Praefatio.

Decennium lapſum eſt, ex quo animo a manſuetioribus Muſis ad eam Literaturae partem, quae de omni Librorum Hiſtoria pertractat, ſenſim traducto diligentius adnotare coepi, quidquid, cum Bibliothecas luſtranti, tum Libros evolventi earum Editionum occurreret, quas Arti impreſsoriae ab ipſa ſua infantia uſque ad extremum Seculi quinti decimi annum deberemus. Et vero neceſse erat, non pauca mihi offerri, ſive, dum Ἐισαγωγην in Rem Librariam univerſam conderem, (a) ſeu, dum Κειμηλια inſtructiſsimae Bibliothecae Garelliae, cui in R. Academia Thereſiana praeeram, reſerarem Librorum Studioſis, (b) ſeu denique, dum Origines

(a) Einleitung in die Bücherkunde. Partes II. Vindob. 1777. 4. (b) Merkwürdigkeiten der garell. Bibliothek. II. Vindob. 1780. 4.

Typographicas Vindobonenſes ad annum uſque M. D. LX. perducerem; (c) quas Exercitationes meas, quanquam latinas maluiſsem, ut tamen aliquid aliarum Nationum exemplo darem, patrio ſermone Germanis meis dicavi.

Quoniam autem haec agentis latera perpetui comites ſtiparent Annales Typographici Michaelis Maittairii, Viri de bonis literis non una ratione praeclare meriti, nec a ſingulari modeſtia, quam ego quidem omnis doctrinae veluti coronam habeo, minus commendandi, obſervaremque, multa veterum ejuſmodi Typorum Exempla illum fugiſse, vel, quod illius aevo in ſuis etiam nunc altum dormirent latebris, vel, quod ille quarundam linguarum praeſidio deſtitueretur, et in Inſula ſcriberet, quae, ut omnium ſcientiarum Altrix ſit munifica, minus expeditum tamen cum reliquo Continente habet commercium, ea primum mihi injecta eſt cogitatio, ut Supplementum ejus pararem Annalibus, et mox ii, qui ab Viri exceſsu laudabili opera promſere, quae illi

(c) Wiens Buchdruckergeſchicht. II. Vindob. 1782. 4.

illi defuiſse videbant, inclinato jam ſtimulos admoverunt.

Itaque excutere ſolertius illorum Supplementa, Bibliothecas Urbis obire, a remotiorum vero Praeſidibus ſubſidia epiſtolis datis efflagitare inſtitui. Quae res quibus acta ſit conatibus, dum in molem praeſentem cumulatae praedae adcreſcerent, e Librorum, Bibliothecarumque, qui Praefationem excipit, Indice aequus arbiter nullo negotio diſpiciet.

At vero quivis, qui ingenium, non dicam meum, ſed cujusvis Rei librariae paullo peritioris novit, eadem facilitate arbitrabitur, procul eſse a me vaniſſimam opinionem, omnibus antiquarum Editionum indagatoribus imperatas eſse a me ferias, nihilque jam ſuperaturum, quo Supplementa haec mea et ipſa ſuppleri deinceps queant. Ut enim non intemperanter dictum ſit, difficiliorem me Poſteris reddidiſse, nova in hoc argumento proferendi, provinciam, ita nequaquam exhauſiſse, induſtria, caſus, dies docebit.

Cur

Cur igitur: dicet unus aliquis: cum conquirenda ſuperſint, manum tollis de tabula? Primum, quod aetas in ſenium vergens, et vires lucubrandi contentione ſic ſatis adtritae monent, vaſa circumſpicere, et conſulere chartis, non *doctis* illis quidem, ſed, *Jupiter! laborioſis*, quae orbatae dominis inter inconſultorum manus ſaepenumero pereunt. Dein, quod Academia Thereſiana, in qua docendo, diſcendoque ſtipendia quinque et viginti confeceram, ex Auguſti mente in aliam formam mutata optimus Princeps me inter Cuſtodes Bibliothecae Palatinae adlegit, commendante Viro illuſtri et literatiſſimo Godefrido Barone Swieteno ejus Bibliothecae poſt clariſſimum Patrem Praefecto, apud quem, cum honorificum mihi munus Indicis Codicum Mſs. ultra labores Lambecianos porrigendi et cum orbe erudito communicandi, pro incredibili ſuo in Theſauros ſibi concreditos ſtudio, impoſuerit, eum ſolum referendae Gratiae locum relictum mihi eſse intelligo, ut quam minime rebus aliis avocatus mandatam mihi *Σπαρταν* tota animi vi complectar.

Ha-

Habes editionis non ultra differendae cauſsas. Nunc modum accipe. Hiſtoriam Typographicam, nolim, expectes. Pollicitus eſt illam, et, ut ſpes eſt, praeſtabit Vir multiplici doctrina ſummaque diligentia Joh. Gottl. Em. Breitkopfius Lipſienſis, a quo certa, ſelecta, nova in hoc argumento praeſtolari fas eſt ex iis, quibus proluſit. (d) Indicem ſiſto continua ſerie Libros ab Artis Typographicae primordiis ad Seculum uſque XVI. excuſos enunciantem. Prior Indicis Pars iis definietur, qui aperte nota temporis inſigniti ſunt. Altera complectetur nota temporis deſtitutos, quos tamen ex omnibus aliis indiciis ad Seculum XV. referas. In utraque Parte Alphabeti ordinem, quo Liber quivis repertu ſit facilior, ſecutus ſum. Operum Titulos, aut Initia, ubi integrum fuit, gnaviter ad exemplar expreſſi, majori tamen adcuratione in Subſcriptionibus repraeſentandis uſus, quod eae plurimum ad inſtitutum Indicis pertinent. Et maluiſsem ſane eas iisdem Notis vocum compendiariis exhibere, quibus veteres illi Typographi Codicum

(d) Ueber die Geſchichte der Erfindung der Buchdruckerkunſt. Leipz. 1779. 4. Verſuch von dem Urſprunge der Spielkarten und der Einführung des Leinenpapiers. Leipz. 1784. 4.

mſs. ductus aemulati pollebant. Sed nempe hae e Modernorum officinis exulant, jactura quidem alias haud dolenda. Simili ratione optaſsem ſingulos Libros αὐτοπτης inſpicere, quo quam certiſſima traderem. Id vero eſse non unius hominis, uno in loco defixi, et quem prece, non imperio agere oportuit, facile dabunt juſti rerum aeſtimatores. Itaque aut Libris, aut Bibliothecarum Syllabis ad me miſſis fides ſaepius adhibenda fuit; in quo tamen indulgentiam nunquam non ita ſeveritate temperavi, ut proles ſpurias aetatem, aut patriam ementientes rejicerem non exiguo numero, quamvis fortaſse plus indulgentia, quod malim, quam ſeveritate peccaſse reperiar. In animadverſionibus porro adſpergendis parſimoniae facilius coarguar, quam intemperantiae. Quae ad calcem Operis adjicere viſum eſt, haec ſunt: Index *Chronologicus* Maittairiano Tomi V. geminus, quo is perficitur: Index alter *Criticus*, quo dictus Tomus una cum Adpendice ab erroribus in tractatione pene quotidiana notatis magno numero liberatur, ejusque defectus ſupplentur: Index *Bibliographicus*, quo Editiones omnes in Opere indicatae ſub Autorum nominibus

ex

ex Alphabeti ſerie repraeſentantur: Index demum *Typographicus*, quo illorum ſiſtuntur Nomina, qui annis a Maittairio praeteritis Artem exercuere.

Homines ſeculo ſuo ita captos, ut nihil aeſtiment, curentque eorum, quae a Majoribus ſuis accepere, non moror. At, qui Artium utilium incunabula ſcrutari, qui curſum, quem Mens humana per tot temporum viciſsitudines tenuit, ultra Patrum memoriam repetere, qui doctrinarum praeſidia, quae Libris continentur, ut ſua quaeque aetate valuere, cognoſcere amant, has ad Hiſtoriam Librariam acceſsiones non aſpernabuntur. Erunt, quibus in colligendis Seculi XV. Editionibus, quibus in certarum Provinciarum, aut Urbium concinnandis Originibus Typographicis, quibus in conſignandis peculiaris cujuſdam Libri fatis gratam navabunt operam. Erunt olim, ut promat animus, quod in votis habet, qui hujus Indicis cum aliis ſimilis argumenti, et maxime Maittairio juncti adminiculo Lexicon Typographorum ea ratione condent, qua Cl. Joh. Rud. Fueſslinus aliarum liberalium Artium Alumnos immortalitati commendavit,

(e) eoque fortafsis uberius, quod fingulorum Artificum nominibus et Syllabum Librorum ab iis prelo proditorum, et Sigilla, quibus eofdem notavere, fint fubjecturi.

Sed neque hos diutius etiam teneo, quam ut coronanti fontes adfiftant. *Est enim benignum*, tefte Plinio, *et plenum ingenui pudoris, fateri, per quos profeceris.* (f) Itaque, cum iis Librorum Scriptoribus, qui a nobis demigravere, e quorum copia plurima in rem meam transtuli, nil nifi fedes quietas precari liceat, fuperftitibus iis, five Autoribus, five Bibliothecarum Praefidibus, five aliis literatis Fautoribus et Amicis, qui cum Operibus fuis, tum fubminiftratis Indicibus, aut commodatis vetuftis Editionibus conatus meos adjutum ivere, gratias, quas pofsum, maximas ago, majores etiam, dum vivam, habiturus. Scripfi Vindobonae ad diem III. kal. Octobr.

M. DCC. LXXXVII.

(e) Allgemeines Künftlerlexicon. Zürich. 1763. 4. 1779. f. (f) Nat. Hift. L. I.

COMPENDIA

In Fontibus citandis per Operis decurſum adhibita.

Adm. Bibliotheca Coenob. Admontenſis O. S. B. in Styria.
Aln. J. Olai Alnandri Hiſtoriola Artis Typogr. in Suecia. Roſtoch. 725. 8.
Am. Amici privati, qui quaſdam Editiones inſpiciendas benevole mihi praebuere.
Ang. Angiolgabriello di S. Maria Biblioteca Vicentina. Vicenza. 772. — 82. 4.
Aud. J. B. Audiffredi Catal. hiſt. crit. Editt. Rom. Sec. XV. Romae. 783. 4.
Aug. c. gr. Biblioth. Convent. Eremit. Auguſt. calceator. Graecii. *
Aug. d. gr. Biblioth. Convent. Eremit. Auguſt. diſcalceat. Graecii.
Aug. v. Biblioth. Convent. Eremit. Auguſt. diſcalceat. Viennae.
Bar. Girol Baruffaldi Saggio della Tipografia Ferrareſe. Ferrar. 777. 8.
Baſ. Biblioth. Reip. Baſileenſis.
Baumg. Sigm. Jac. Baumgarten Nachricht von merkw. Büchern. Halle. 752. 8.
Bern. Edw. Bernard Catal. Mſs. Angliae et Hiberniae. T. II. Oxon. 696. f.

* Coenobia aſteriſco notata interea diem ſuum obierunt, vetuſtis Eorum Editionibus in Bibliothecam Caeſ. Vindob. maximam partem receptis.

Bey. Aug. Beyeri Memoriae hiſt. crit. Libror. rarior. Dreſdae. 734. 8.
Bibl. ant. Biblioteca antica. Venez. 760. 8.
Blauf. Jac. Wilh. Blaufus Vermiſchte Beytr. ſelt. u. merkw. Bücher. II. B. Jena. 753 -- 56. 8.
Breitk. J. Gottl. Imm. Breitkopf Ueber die Geſch. d. Erfind. d. Buchdruckerey. Leipz. 779. 4.
Brun. Biblioth. Lycei Brunènſis in Moravia.
Caeſ. Biblioth. Caeſarea Vindobon.
Camp. Biblioth. Coenob. Campililienſis (*Lilienfeld*) O. Ciſt. in Auſtria. *
Can. hipp. Biblioth. Canon. Regular. ad S. Hippolytum (*S. Pölten*) in Auſtria. *
Capp. Catalogo della Libreria Capponi. Roma. 774. 4.
Carm. Biblioth. Convent. Carmelit. Diſcalceator. Graecii.
Civ. Biblioth. antiqua Civica Vindob. P. I. Libros Theol. complectens. Vindob. 750. 4.
Clem. Dav. Clement Bibliotheque hiſt. crit. curieuſe. T. IX. Götting. 750. 4.
Crem. Biblioth. Coenob. Cremiſanenſis (*Kremsmünſter*) O. S. B. in Auſtria.
Crev. Catal. raiſon. de la Collect. des Livr. de P. Ant. Crevenna. Voll. VI. 775. 4.
Deb. Debure Bibliographie inſtructive. T. VIII. Paris. 763 -- 82. 8.
Dobr. Joſ. Dobrowſky Böhm. Literatur. Prag. 779. 8. Et: Abhandl. einer Privatgeſell. V. B. 782. 8.
Dor. Biblioth. Canon. Regul. ad S. Dorotheam. Viennae. *
Dreſd. Merkwürdigk. der kön. Bibl. zu Dreſden. III. B. Ibid. 744 - 46. 4.
Eng. Biblioth. Comit. ab Engel in Arce Seiſenburg Auſtriae ſuper.
Eng. S. Sam. Engel Biblioth. ſelectiſs. Libror. rariſs. Bernae. 743. 8.
Ett. Biblioth. Coenob. Ettenheimmünſter O. S. B. in Briſgoia.
Ferr. Biblioth. Coenob. S. Georgii Congreg. Olivetanae O. S. B. Ferrariae.
Font. Giuſto Fontanini dell' Eloquenza Ital. colle Annotaz. d' Apoſt. Zeno. Venez. 753. 4.
Fr. h. Biblioth. Convent. O. Minor. S. Franc. ad S. Hippolytum. (*St. Pölten*) in Auſtria.
Fr. v. Biblioth. Convent. O. Minor. S. Franc. Viennae.
Freyt. ad. Frid. Gotth. Freytag Adparatus Libror. literarius. T. III. Lipſ. 752. 8.
Freyt an. Ejuſdem Analecta Literaria. Lipſ. 750. 8.
Gaign. Catal. des Livres de Louis J. Gaignat. P. II. Paris. 769. 8.
Gar. Merkwürdigk. der garell. Bibliothek von Mich. Denis. II. Th. Wien. 780. 4.
Gem. Karl Theod. Gemeiner Nachricht v. d. Regensburger Stadtbiblioth. Regensb. 785. 8.
Georg. Biblioth. Coenob. Montis S. Georgii O. S. B. in Tyroli.
Gerb. Mart. Gerberti Princ. Abb. S. Blaſii Iter per Alem. Ital. et Gall. Ulmae. 765. 8.

Gerd.

Gerd. Dan. Gerdesii Florilegium hist. crit. Libb. rarior. Gröningae. 763. 8.
Ghesq. Reflexions sur 2. Pieçes relativ. à l'Hist. de l'Imprim. par l'Abbé Ghesquiere. Nivell. 780. 8.
Glun. Biblioth. Coenob. Glunicensis (*Gleink*) O. S. B. in Austr. *
Gock. Catal. Biblioth. Gockinganae. Ultrajecti. 773. 8.
Gott. Biblioth. Coenob. Gottvicensis O. S. B. in Austr.
Hamb. J. Cph. Hambergers Zuverläss. Nachr. v. d. vornehmst. Schriftstell. IV. Th. Lemgo. 756. 8.
Herb. Will. Herbert Typographical Antiquities of Great Britain. London. Vol. I. 785. 4.
Herz. Biblioth. Canon. Regul. Ducumburgi (*Herzogenburg*) in Austr.
Hum. Bernh. Fr. Hummels Neue Biblioth. v. sehr selt. Büchern. Nürnb. 776. 8.
Jac. Biblioth. Eccl. Parochialis ad S. Jacobum Brunae Morav.
Ing. Seb. Seemiller Biblioth. Acad. Ingolstad. Incunabula Typogr. Ingolst. 787. *et* 788. 4.
Kh. Fr. Const. de Khautz Versuch einer Gesch. österr. Gelehrten. Leipz. 755. 8.
Laire. Fr. Xav. Laire Specimen Hist. Typogr. Romanae Sec. XV. Romae. 778. 8.
Lamb. Biblioth. Coenob. Lambacensis O. S. B. in Austr.
Leng. Karl Benj. Lengnich Beytr. zur Kennt. selt. u. merkwürd. Bücher. II. Th. 776. 8.
Leng. n. Ejusdem Nachrichten zur Bücher und Münzkunde. 780. 8.
Leng. n. n. Ejusdem Neue Nachrichten zur Büch. und Münzkunde. Danzig u. Dessau. 782. 8.
Leuc. Biblioth. Convent. Eremit. O. S. Aug. Leucae (*Luckenhaus*) in Hungaria.
Leut. Biblioth. Eccl. Parochialis Leutschoviae in Hungaria.
Maj. Specimen Bibl. Majansianae ex Museo Dav. Clementis. Hannov. 753. 4.
Masch. J. Andr. Masch Beytr. zur Gesch. merkwürd. Bücher. Bützow u. Wismar. 769 -- 76. 8.
Masch B. Ejusdem Bibliotheca Sacra etc. Halae. 778 --- 85. 4.
Meerm. Ger. Meermanni Origines Typographicae. T. II. Hagae Comit. 765. 4.
Merc. Supplement à l'Hist. de l'Imprim. de Prosp. Marchand, par l'Abbé Mercier. Paris. 777. 4.
Mig. Bibliotheca Em. Card. Cph. Migazzi Archiep. Vienn. Nunc Ill. Ep. Transsilv. Ignatii C. de Batthyan.
Min. Biblioth. Convent. O. Minimor. Monachii.
Misc. Miscellaneorum Lipsiens. Tomus XII. Lips. 723. 8.
Mitt. J. Bened. Mittarelli Biblioth. Codd. mss. Monasterii S. Mich. prope Murianum. Venet. 779. f.

Mont.

Mont. Biblioth. Coenob. in Monte Pannoniae (*Martinsberg*) O. S. B. in Hungaria. *
Murr b. Cph. Gottl. v. Murr Beſchreib. d. vornehmſt. Merkwürdigk. in Nürnberg. Nürnb. 778. 8.
Murr j. Ejuſdem Journal zur Kunſtgeſch. u. allgem. Literatur. Ibid. 775 --- 84. 8.
Naſt. Joh. Naſt Hiſt. krit. Nachricht. v. d. 6. erſten deutſch. Bibelauſgaben. Stutg. 767. 8.
Neob. Biblioth. Canon. Regular. Clauſtroneoburgenſis (*Kloſterneuburg*) in Auſtria.
Neoſt. Bibliotheca Epiſcopatus Neoſtadienſis in Auſtria. *
Neub. Biblioth. Coenob. Neubergenſis O. Ciſt. in Auſtria. *
Nic. Biblioth. Canon. Regular. ad S. Nicolaum in Bavaria.
Nord. Biblioth. Academiae Nordicae Lincii. *
Nov. Raritas Libror. in Biblioth. Canon. Reg. Novacellenſi (*Neuſtift*) Brixinae. 777. 8. Et Supplementa mſs.
Nyer. Eraſmi Nyerup Spicilegii Bibliogr. Specimina III. Havniae. 782 -- 83. 8.
Pait. Jac. M. Paitoni Biblioteca degl'Autori antichi volgarizzati. Venez. T. V. 766 -- 67. 4.
Panz. d. G. Wolfg. Panzer liter. Nachr. v. den älteſt. gedruckt. deutſch. Bibeln. Nürnb. 777. 4.
Panz. a. Ejuſd. Ausführliche Beſchreibung d. älteſt. augsburg. Bibelausgaben. 780. 4.
Panz. l. Ejuſd. Annalen der älteren deutſchen Literatur. Nürnb. 788. 4.
Pin. Biblioth. Maph. Pinellii a Jac. Morellio deſcripta. T. VI. Venet. 787. 8.
Plag. Biblioth. Canon. Praemonſtrat. Plagii (*Schlegel*) in Auſtria.
Pom. Biblioth. Coenob. Pomarienſis (*Baumgartenberg*) O. Ciſt. in Auſtria. *
Praed. Biblioth. Convent. O. Praedicatorum Graecii.
Pray. Georg. Pray Index rarior. Libror. Biblioth. Univ. Budenſis. 780 -- 81. 8.
Pref. Catal. des Livres de M. Girardot de Préfond. Paris. 757. 8.
Quir. b. Ang. Card. Quirini Specimen Literaturae Brixianae. Brixiae. 739. 4.
Quir. r. Ejuſd. de opt. Scriptor. Editionib. primis Romanis, cura J. Ge. Schelhorn. Lindaviae. 761. 4.
Rayhr. Biblioth. Coenob. Rayhradenſis (*Raygern*) O. S. B. in Moravia.
Reuſs. Jer. Dav. Reuſs Beſchreib. merkw. Bücher aus der Univbibl. zu Tübingen. Tübing. 780. 8.
Röd. Pauli Röderer Catal. Libror. Sec. XV. Norimbergae impreſsor. Norimb. 742. 4.

Roſs.

Rofs. d. J. B. Derofsi Difquifitio hift. crit. de Hebr. Typographiae Orig. ac Primit. Parmae. 776. 4.
Rofs. v. Ejufd. Lectiones variae Vet. Teft. Ibid. 784. 4.
Sax. J. Ant. *Saxii* Hiftoria Typogr. liter. Mediolanenf. In *Argelati* Bibl. Scriptt. Mediol. T. I. 745. f.
Schelh. J. Ge. Schelhornii Amoenitates literar. T. XIV. Francof. 725. 8.
Schier. Xyfti Schier O. Erem. S. Aug. Schedae ineditae.
Schl. J. Rud. Schlegel de Libris rarior. Biblioth. publ. Heilbron. Prolufiones II. Ibid. 772 -- 74. 4.
Schöpf. J. Dan. Schöpflini Vindiciae Typogr. Argentinenfes. Ibid. 760. 4.
Schw. b. Indices Biblioth. Chr. Gottl. Schwarz Libb. Sec. XV. impreffor. II. Norimb. et Altorf. 727 -- 69. 8.
Schw. d. Ejufd. de Orig. Typographiae Primaria Documenta P. III. Altorf. 740. 4.
Seel. J. Henr. von Seelen Selecta Literaria. Lubecae. 726. 8.
Scit. Biblioth. Coenob. Seitenftettenfis O. S. B. in Auftria.
Senk. Catalogus mfptus Bibliothecae Senkenbergianae.
Serv. oe. Biblioth. Convent. O. Servorum B. M. V. Oeniponte.
Serv. v. Biblioth. Convent. O. Servorum B. M. V. Viennae.
Sic. Memorie per servire alla Storia letter. di Sicilia. Palermo. T. II. 756. 8.
Sinc. Theoph. Sinceri Neue Sammlung v. alt. u. rar. Büchern. Francof. 733. 8.
Sitt. Biblioth. Coenob. Sitticenfis O. Cift. in Carniolia. *
Sm. Jof. Smith Catal. Libb. rarifs. ab Artis Typogr. Inventorib. excuforum. Venet. 8.
Stam. Biblioth. Coenob. Stambfenfis O. Cift. in Tyroli.
Steig. Literar. Krit. Abhandlung über die 2. älteft. gedr. deutfch. Bibeln von Gerh. Steigenberger. München. 787. 4.
Suhl. Lud. Suhl Verzeichnifs der vor 1500. gedruckten Schrift. der öffentl. Bibl. zu Lübeck. Ibi. 782. 4.
Trev. Biblioth. Collegii S. Trinitatis, olim Soc. Jefu, Treviris.
U. g. Biblioth. Univerfit. Graecenfis in Styria.
U. v. Biblioth. Univerfit. Viennenfis.
Vall. Catal. de la Biblioth. de feu M. le Duc de la Valliere. Paris. 783. 8.
Vern. Giuf. Vernazza Lezione fopra la Stampa. Cagliari. 778. 8.
Vifs. Jac. Vifser Naamlyft van Boecken etc. Amfterdam. 767. 4.
Volt. Leop. Cam. Volta Saggio Storico crit. fulla Tipografia Mantovana del Sec. XV. Venet. 786. 4.
Vor. Biblioth. Canon. Regular. Voravienfis in Styria.
Urf. Biblioth. Coenob. Urfinenfis (*Irfee*) O. S. B. in Algovia.
Weif. J. Nic. Weislinger Catal. Biblioth. O. S. Joh. Argentinae. Ibid. 749. f.

Weiſ. a. Ejuſdem Armamentarium Catholicum. Argent. 749. f.
Wicz. Biblioth. Com. Mich. Wiczai in arce Hedervar Hungariae.
Wiens. Wiens Buchdruckergeſchicht von Mich. Denis. Wien. 782. 4.
Wrat. Catal. Libror. Capituli Cathedral. Wratislav. venum expoſitorum. Wratisl. 776. 8.
Würdtw. Steph. Alex. Würdtwein Ep. Heliop. Bibliotheca Moguntina. Aug. Vindel. 787. 4.
Zapf. Ge. Guil. Zapf Annales Typographiae Auguſtanae. Auguſtae. 778. 4.
Zapf a. Ejuſdem Augsburgs Buchdruckergeſchicht, Ibid. 786. 4.
Zapf b. Ejuſdem Catal. Libror. rariſsimor. Biblioth. Zapfianae. Ibid. 786. 8.
Zen. Diſsertazioni Voſsiane di Apoſtolo Zeno. Venez. 752. 4.

AN-

ANNALIUM TYPOGRAPHICORUM

SUPPLEMENTUM.

Annus MCCCCLIX.

1. Psalterium Davidicum. *Ad calcem*: Presens Psalmorum codex venustate Capitalium decoratus. rubricationibusque sufficienter distinctus adinuencione artificiosa imprimendi ac caracterizandi absque ulla calami exaracione sic effigiatus. et ad laudem dei et honorem sancti Yacobi est consummatus per Johannem Fust ciuem Maguntinum. et Petrum Schoifher de Gernsheym clericum. Anno Domini Millesimo CCCC. LIX. XXX. die mensis Augusti. f. *Character et Initiales, ut in Edit.* 1457. *sed lineae* 23. *itaque tribus plures. Primus detexit Schwarzius d. II. p.* 8. *Moguntiae apud Carthusianos in membr. De Boze Mem. de l' Acad. des Bell. Lett. T. XIV. p.* 258. *Heinecke Idée generale p.* 273. *Würdtw. Bibl. Mog. p.* 61. *qui tres legunt: XXIX.* die mensis Augusti. *Merc. p.* 18. *Murr b. p.* 701.

Annus MCCCCLXVI.

2. Grammatica rhythmica. *Ad calcem:*
Actis ter deni iubilaminis octo bis annis.
Moguncia reni me condit et imprimit amnis.
Hinc nazareni sonet oda per ora Johannis.
Namque sereni luminis est scaturigo perennis.

Char. goth. Sine Signat. Cust. Num. pagg. foll. 11. *Jubilea* 29. *ex instituto Clementis VI.* 50. *annis constantia dant annos* 1450, *quibus si addas* 16. *annos Jubilei* ter deni *seu* 30. *ineuntis, habes annum impressionis* 1466. *Aenigma chronologicum simile recurret mox ad an.* 1468. *unde haereo, Gutenbergianae an Faustianae officinae Libellum utrumque adtribuam; annus enim praesens Fausti emortualis est; annum* 1468. *Gutenbergius vivendo adtigisse videtur. Nomen* Johannis *utrique fuit, cujus* 'ἐπιθετον Nazareni *ad illud Luc.* 1. *v.* 15. *adludere pulem:* Vinum et ſiceram non bibet. *f. Würdtw. p.* 86.

Annus MCCCCLXVII.

3. S. Auguſtini Libellus de Singularitate Clericorum. *Ad calcem:* Explicit Liber beati auguſtini epiſcopi. de ſingularitate Clericorum. Per me Olricum Zel de hanau clericum dioces. Moguntinen. Anno &c. ſexageſimo ſeptimo. *Char. goth.* 33. *foll.* 27. *linear.* 8. *Videtur* Coloniae. *Alia Opuſcula ejusdem typi, cum ſubſcriptionibus careant, vide inter Editiones ſ. l. et a. Gaign. p.* 68. *Merc. p.* 39. *Meerm. p.* 283. *Nov. p.* 17. *Vall. I. p.* 173.

4. Johannis Card. de Turre cremata Meditationes. *Ad calcem:* Finite ſunt contemplationes ſupradicte, et continuate Rome per Ulricum Han anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo, die ultima menſis Decembris. *Char. goth. grandis. Iconiſmi* 34. *f. Laire p.* 126. *Orlandi Orig. e Progr. della Stampa p.* 225. *Murr J. II. p.* 153. *ex Bibl. Norimb. Meerm. p.* 293. *Merc. p.* 35. *Aud. p.* 8.

Annus MCCCCLXVIII.

5. Meditationes Vite Domini noſtri Jeſu Chriſti. *Sunt Bonaventurae, non vero Nicolai de Dünkelspühl, vocanturque etiam* Speculum Paſſionis. *Praecedit index Capitum, et Prologus. Ad calcem:* Impreſſum eſt hoc preſens opuſculum in Auguſta per me Gintherum dictum Zeyner de Reutlingen IIII° ydus Marcij anno LX°. octavo. *Char. goth. elegans. Foll.* 71. *linear.* 35. *f. In Bibl. Elector. Monac. Augustae ad S. Udalr. et Afr. Dor. Georg. Gott. Muſei Helv. P.* 23. *p.* 354. *Veith. Diatr. p.* 15. *Zapf a. p.* 3. *Caeſ.*

6. Rudimenta Grammaticae. *Partes II. Prior rhythmis constat pſeudotrochaicis praecedente hoc disticho:*

O patris eternis fons deriuate ſcatebris.
Fontis ab internis nunc rutila tenebris.

Ad calcem rurſus disticha, quorum ultima:

At

At moguntina ſum fuſus in urbe libellus.
Meque domus genuit vnde caragma venit.
Terſeno ſed in anno terdeni iubilei.
Mundi poſt columen qui eſt benedictus Amen.

Libellus igitur Officinae, ut ad an. 1466. *dixi, Gutenbergianae, aut Faustianae partus est, ſed Deburius ſen. qui eum deſcripsit in* Catalogue des Livr. de feu Mr. Louis J. Gaignat *Pariſ.* 1769. p. 365. *lectoribus crucem fixit rationem ſubticens, quae illum anno* 1468. *adsignat. Hanc revellam. Jubileum ex instituto Clementis VI. P. R.* 50. *annorum ſpatium conficit. Quare Jubilea* 29. *annis* 1450. *definiuntur. His si addideris Jubilei* terdeni *ſeu trigesimi ineuntis primos* terſenos *sive octodecim annos, habebis annum* 1468. *Typi, ut* Bibliorum *anni* 1462. *ſed Summariorum marginalium majores, ut* Pſalterii 1457. *Foll.* 17. *Pars altera Commentarius est in Primam, et videtur paullo tardius impreſsa. Ad calcem:*

Omnipotenti queque ſcienti cuncta fauenti
Noſtro ſummo pio gloria principio.

Char. goth. minor. columnae 2. *foll.* 27. *f. Autorem germanum fuiſse credibile est, cum* Alamanniam, Miſniam, Rochlicium *in exemplis citet, nomenque à* Fonte *habuiſse, qua in voce frequenter in Distichis ſupra memoratis ludit.*

Annus MCCCCLXIX.

7. Summa Magiſtri Johannis de Aurbach Vicarii Bambergenſis de divinis Eccleſie Sacramentis. *Ad calcem:* Finit libellus — à Ginthero Zeiner de Reutlingen. artis huius ingenioſe magiſtro. in urbe auguſtenſi impreſsus feliciter. a partu Virginis ſalutifero, anno currente milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono. *Char. goth. sine Signat. Cust. Num. pagg. Linear.* 35. *f. Dor. Georg. Nic. Nov. Stam. Merc. p.* 34. *Zapf. p.* 4. *et a. p.* 4. *Caeſ. Ing.*

8. Catholicon Joh. Balbi de Janua. *Ad calcem Hexametri* 19. *quorum primi* 9. *per capitales ſuas nomen* Guntherus *efficiunt. Sextus:*

Ex Reutling Zainer hic dicitur eſſe magiſter.

Decimus quartus:

Mille quadringenti queis ſexaginta novemque
Adjice. vindelica finitur. in urbe ſerena.

Char. goth. sine num. pagg. et signat. f. Caeſ. Gott. Neost. Nic. ubi eod. anno emtum flor. 46. *Hamb. IV. p.* 456. *Meerm. App. p.* 99. *Schw. b. I. p.* 82. *Weiſl. Zapf. p.* 4. *et a. p.* 5. *Ing.*

9. Vocabularium latino teutonicum, *quod incipit:* Ex quo vocabularii varii autentici *etc. Ad calcem:* Preſens hoc opuſculum

non ſtili aut penne ſuffragio ſed nova artificioſaque invencione quadam ad euſebiam dei induſtrie per Nicolaum Bechtermuntze in Eltvil eſt conſummatum ſub anno domini MCCCCLXIX. ipſo die ſancti boniſacii, qui fuit quinta die menſis Junii.

Hinc tibi ſancte (*Pater*) nato cum flamine ſacro
Laus et honor domino trino tribuatur et uno.
Qui laudare piam ſemper non linque Mariam. *f.*

Hi verſus habentur etiam ſub Catholico anni 1460. *cujus pariter typis hic* Vocabularius *impreſsus est. Unde credibile est, Bechtermuntzium instrumenta Joh. Gutenbergii à Conrado Homery a.* 1468. *vel* 69. *redemiſse. Vide Schwarzii Docum. I. de Orig. Typogr. Meerm. Append. p.* 96.

Annus MCCCCLXX.

10. Biblia Pauperum *germanice. Constant* Iconiſmis *xylographicis XL. anopistographis Myſteria N. T. una cum typis e V. T. repraeſentantibus, quorum ratio inter Libros anni nota destitutos* lit. B. *fusius explanabitur. Ad calcem Iconiſmi ultimi Sigilla* 2. *et annus* 1470. *f. Heineck. Idée gen. p.* 322.

11. Calendarium *inſcriptum:* Diſſ iſt der Ciſianus tzu tutſch und ein yeglich wort gibt ainen Tag. Ciſianum *dici vetus ejusmodi Calendarium versibus aut rhythmis incluſum putem à voce* Ciſio, *quae Januarium incipit et Domini* Circumciſionem *notat. Ad calcem:* Diſſ hat gedruckt Gintherus tzainer von Reutlingen tzu Augſpurg. M. CCCCLXX jar. *f. Steigenberg. hist. lit. Verſ. p.* 45. *Zapf a. p.* 8.

12. Guil. Durandi Ep. Mimatenſis Rationale divinorum Officiorum. *Ad calcem:* Anno a Nativitate dominica Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo. Kalend. vero februarias undecimo. libri preſentis collectanea cui et rationale divinorum titulus gintherus Zainer ex reutlingen ciuis progenitus. urbe autem commanens auguſtenſi in medium cunctis legendum exaravit feliciter, non ſcriptorum arte quam maiores noſtri et quidem ſapientiſſimi pie coluere, que hodie literarum etiam ignaris ut ita dicam relinquitur verum longe alia impreſsoria ſcilicet quam noſtra ultima dotata eſt etas. quam et diuinam qua erratorum obviatrix omnium doctiſſimorum iudicio iuſte appellaverim. *Char. goth. f. Caeſ. Georg. Pom. Vor. Catal. Bibl. R. Pariſ. T. I. p.* 205. *Murr J. II. p.* 342. *Zapf. p.* 6. *et a. p.* 7.

13. Guarini Veronenſis clariſſimi ac peritiſſimi viri Feliciter Regulae incipiunt. *Post has Regulas:* Incipiunt Verſus differentiales. *Ad calcem:* Finis M. CCCC. LXX. die quinto menſis januarii.

Char.

Char. lat. elegans. 4 *maj. Videtur primum Nicolai Ienſon tentamen Venetiis. Habet enim diphthongos* ae *et* oe, *ubi Fratres de Spira* ę *adhibent. Mitt. p.* 177.

14. Joſephi Flavii Antiquitates Judaicae. *Ad calcem*: Joſephi hiſtoriographi viri clariſſimi libri antiquitatum numero viginti per Johannem Schüsler. Ciuem Auguſtenſem. finiunt feliciter non ſcriptorum quidem arte. ſed qua noſtra tandem etas dotata eſt. impreſſoria ſcilicet. exarati. Anno a natiuitate currente dominica. Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo. Kalendas uero Julias quarto. Omnes libri antiquitatum. qui ſunt ſimul uiginti. uerſus continent ſexaginta milia. *Adhaerent* Euſebii Caeſarienſ. Commendatitia in Joſephum, *et* Recenſio VII. Miraculorum Mundi. *Char. goth. Col.* 2. *Sine Signat. Cust. Num. pagg. f. maj. Georg. Gott. Lamb. Mig. Schelh. III. p.* 123. *Schw. b. p.* 84. *Sm. p.* 27. *Weiſ. Zapf. p.* 5. *Ing.*

Annus MCCCCLXXI.

15. Die hyſtory von Künig Apollonius. *Ad calcem*: Die Hyſtory des Kuniges Apollonij von latin zu teutſch gemahet hat Gedruckt Gintherus Zainer von Reutlingen czu augſpurg anno M°· CCCC°· LXXI°· *f. Senk. Deb. bell. Lett. T. II. p.* 100. *Zapf a. p.* 13.

16. Joh. de Arragonia Protonot. Apoſt. Oratio habita ad Sixtum IV. nomine Ferdinandi regis XIIII. Kalendas Januarias Anno ab ortu Jeſu Chriſti. MCCCCLXXI. *Praefatur Ioh. Philip. de Lignamine. Item* Joh. de Arragonia ad regem Ferdinandum Oratio, cum ab urbe Roma Neapolim reverſus ipſi gratias exhibet de benigna ſua apud ſummum Pontificem receptione. *Char. lat. Joh. Philippi de Lignamine Romae foll.* 4. *f. Laire p.* 173. *Mazzuchelli Scritt. d' Italia. T. I. P.* 2. *p.* 227. *Aud. p.* 85.

17. Bern. Juſtiniani oratio gratulatoria ad Sixtum IV. contra Turcas nomine Senatus Veneti. *Simul impreſsa cum duabus praecedentibus. Ad calcem*: Et impreſſe ſunt in domo nobilis Viri Johannis Philippi de Lignamine. Siculus. Scutifer Sanctiſſimi pa. ſupradicti. *Foll.* 9. *Char. lat. f. Laire p.* 174. *Aud. p.* 85.

18. S. Auguſtini (*Manuale*) de Salute ſive Aſpiratione animæ ad Deum. *Ad calcem*: In laudem ſcriptoris Epigramma.

Gloria debetur Girardo maxima lixae. (*de Liſa Fluv.*)
Quem genuit campis Flandria picta ſuis.
Hic Taruiſina nam primus coepit in urbe,
Artifici raros aere notare libros.

Quoque magis faueant excelſi numina regis
Aurelii ſacrum nunc manuale dedit.

Tarviſii M. CCCC. LXXI. *Videntur primitiae Gerardi de Liſa Flandri. Char. lat. elegans. 4. Pin. I. p. 91.*

19. Bartholi de Saxoferrato Lectura ſuper prima parte infortiati cum inſerta quadam Lectura Baldi. *Ad calcem*: Explicit — Impreſſa in Treuio (*Trevi, Treba, Oppid. Latii*) per Magiſtrum Johannem Reynardi Almanum ſub Correctione domini Petri donati. ll. doc. eiuſdem terre. Anno domini. M. CCCC. LXXI° die XXIII menſs. Januarii Tempore Sanctiſſimi domini noſtri domini Pauli. diuina prouidentia Pape ſecundi. Pontificatus ſui Anno. VII°. *Char. lat. f. Aud. p. 146.*

20. Orazioni di Beſſarione Cardinal Niceno e Patriarcha di Conſtantinopoli à tutti gli Signori d'Italia confortandogli à pigliar guerra contra il Turcho: vulgarizate per lo clariſſimo huomo Miſer Ludovico Carbone. *Ad calcem*: M. CCCC. LXXI. *Char. lat. 4. Verisimiliter Venetiis per Cph. Waldarfer, cui alias Carbo corrector fuit. Deb. bell. Lett. T. I. p. 186.*

21. Brunelli Speculum Stultorum. Coloniae 1471. *f. Autor Nigellus Wirecker O. S. B. Anglus. Fabric. Bibl. med. et inf. Lat.*

22. Joh. Chryſoſtomi Sermones. *Ad calcem*: Expliciunt Sermones Johannis Cryſoſtomi. de Patientia Iob. et aliquot de Penitentia. Tranſlati de greco in latinum. per eloquentem lelium tifernatis. impreſſi Nuremberge. Anno domini M°. CCCC° LXXI° decima quarta die menſis novembris. *Char. goth. idem, quo Franc. de Retza Comestorium Vitior. 1470. adeoque Henrici Rumel primi Impreſsoris Norici. f. Am. Caeſ. Dor. Mig. Serv. oe. U. v. Röd. p. 1. Suhl p. 25.*

23. Clementis V. Conſtitutiones. *Ad calcem*: Hic Clementis quinti Conſtitutionum liber una cum apparatu famoſiſſimi iuris Doc. domini Jo. An. (*Andreae*) ſuis rubricationibus belliſſime diſtinctus per venerabilem Philoſophie Magiſtrum ac etiam inclite Argentinenſis ciuitatis ciuem bene meritum dominum Heinricum Eggeſteyn huius artis peritiſſimum, ut innumera antehac diuini humanique iuris per ipſum teſtantur uolumina ſumma cum maturitate ac diligentia impreſſus eſt Anno Domini MCCCCLXXI. XI. Kal. Decembris. *Char. goth. Col. 2. Sine Sign. Cust. Num. pagg. f. Hoc primum anno Argentinenſes editionibus ſuis notam chronologicam ſubjicere incepere. Murr b. p. 703. Schöpf. p. 45. Weiſ. Ing.*

24. Gregorii M. Moralia in Job. *Praecedit Narratio de hoc Opere Romae per miraculum invento. Ad calcem*: Immenſas omnipotenti deo patri. et filio. et ſpiritui ſancto. glorioſeque genitrici virgini marie gratiarum referimus actiones. qui hoc opus mora-

ra-

ralium beati Gregorii pape in XXXV libros diſtinctum. impreſſoria arte feliciter dedit nuremberge conſummari Anno domini M°. CCCC°. LXXI°. die vndecima menſis ſeptembris. Da gloriam deo. *Sequitur index Char. etiam goth. ſed minore. Sine cust. signat. et num. pagg. Char. idem qui ſupra* Chryſoſtomi. *Itaque Henrici Rumel, Joh. Senſenſchmid etc. Voll. II. f. max. Caeſ. Fr. v. Mig. Röd. Seit. Weiſ. Ing.*

25. Henrici Herp O. M. Speculum aureum decem Praeceptorum Dei. Nuremberge per Antonium Koburger MCCCCLXXI. die IV. idus Martii. *Char. goth. f. Röd.*

26. Der Heiligen Leben. *Ad calcem.* Gedruckt von mir Ginthero Zeiner geborenn aufs Reutlingen, wonent czu Augſpurg. Am freytag für Symonis vnd Jude. Als man zalt von der Gepurt Criſti Tauſent vierhundert, vnd in dem ein vnd ſiebenczigiſten Iare. *Char. luculentus. Iconiſmi SS. f. Est tantum Pars hiemalis. Aestivalis est anni ſequentis. Caeſ. Dreſd. I. p. 60. Schw. b. I. p. 3. II. p. 78. Zapf a. p. 12.*

27. Queſta e una Opera la quale ſe chiama Luctus Chriſtianorum ex paſſione Chriſti, Zoe Pianto de Chriſtiani per la paſſione de Chriſto in forma de Meditatione. *Ad calcem*: A Chriſti Nativitate Anno M. CCCC. LXXI. Pridie nonas Apriles a præclariſſimo librorum Exculptore Nicolao Gallico, impreſſa eſt Paſſio Chriſti devotiſſima. Finis. *Char. lat. elegans, ut in Decore Puellarum, quo in Tractatu cum noster tanquam prior impreſsus citetur, novo argumento exploduntur illi,* qui Decorem Puellarum anno 1461. *adsignant.* 4. *min. Porro, quia prima hic vice illustris Typographi Nic. Ienſoni nomen memoratur, juvat adſcribere luculenta duo, ſed minus nota in ejus laudem testimonia, et primum quidem Ben. Brognoli in epistola ejus Diogeni Laertio* 1475. *praeſixa, qua virum vocat,* qui ſine controverſia caeteris omnibus ejus artificii Magiſtris multum etiam antecedit, qui ea eſt non modo induſtria, verum etiam probitate, religione, aliisque virtutibus, ut ad illuſtrium virorum et etiam ſummi Pontificis familiaritatem pervenerit. *Alterum Franc. Coluciae, cui in epistola Decretalibus Gregorii IX. eod. anno a Jenſono impreſsis praemiſsa vocatur*: Vir praeſtans, authoritate Pontificis maximi Comes Palatinus, impreſsoriae artis Princeps. *Neque tamen ideo Venetias artem primus adtulit. Habemus enim in Vitis Ducum Venetorum Marini Sanuti T. XXII. Scriptt. Rer. Ital. Muratorii col.* 1168. *Senatuſconſultum ſequens:* Nel M. CCCC. LXIX. di ſettembre fu preſo, che atteſo, che l'arte dello ſtampare è venuta alla luce, ſia conceſſo à Giovanni di Spira lo ſtampare l'epiſtole di Tullio, e di Plinio per cinque anni, e che altri nolle ſtampino. *En simul*

ſpe-

ſpeciem etiam Privilegii typographici antiquiſsimi. Deb. Juriſpr. p. 206. *Merc. p.* 37.

28. Johannis Meſue de Complexionibus, proprietatibus, electionibus, operationibuſque ſimplicium medicinarum laxativarum. Ejuſdem Practica de medicinis particularium ægritudinum. Petri Apponi medici in Librum Johannis Meſue additio. *Ad calcem ſecundi Operis*: M. CCCC. LXXI. V. idus Junii. *Char. lat. elegans f. Cum Opus Meſue de Medicinis univerſalibus, teste Maittairio, eod. anno XV. Kal. Jun. abſolutum sit* Venetiis apud Clementin. *etiam haec altera Pars ad eandem officinam* Clementis Sacerdotis Patavini *pertinebit, quem Nic. Gupalatinus in Praef. ad Meſue de Medic. univerſalib.* primum Italum *vocat*, qui typographiam didicerit. *Biblioth. Archiep. Colocz. U. v. Mitt. p.* 189. *Pin. III. p.* 340.

29. Guidonis de Monte Rotherii (*Montrocher*) Manipulus Curatorum. *Dicatur*: Reuerendo in Chriſto patri ac domino Raimundo diuina prouidentia ſancte Valentie epiſcopo *etc. Ad calcem*: Curatorum manipulus finit feliciter Per Criſtmannum Heyny Anno LXXI. *Char. Goth. Güntheri Zeiner. Sine Sign. Cust. Num. pagg. f. Crem. Miſc. p.* 68. *Am. Zapf a. p.* 12.

30. P. Ovidius Naſo de Arte amandi et Remedio amoris. Publii Ovidii Naſonis Sulmonenſis de arte Amandi, Liber primus incipit feliciter. *Ad calcem*: Liber Publii Naſonis. Ovidii de Remedio amoris feliciter explicit. impreſſus in. Auguſta per. Gintherum Zainer ex Reutlingen progenitum Anno Domini M°. CCCC°. LXXI°. XV° Kal. Februarii. *Char. goth. Sine Sign. Cust. Num. pagg. Literae initiales a vocibus distantes. f. Dor. Deb. bell. Lett. I. p.* 336. *Gaign. p.* 419. *Freyt. ad. I. p.* 476. *Zapf p.* 6. *et a. p.* 12. *Miſc. p.* 68. *Ing.*

31. Queſta e una Opereta La quale ſi chiama palma uirtutum zioe triumpho de uirtude: la quale da Riegola: Forma: et modo a qualunque ſtato: ouer perſona nel ſeculo ſe ſia: a poder uiuer ſenza peccato mortale non impaziando niuno ſuo honeſto e neceſſario exercitio al victo pertinente e al veſtito condecente. *Ad calcem*: Deo gratias Amen. Opus Nicolai Ienſon Gallici MCCCCLXXI. *Char. lat. ut Decoris Puellarum.* 4. *min. Biblioth. Apost. Zeni. Sm. p.* 116.

32. Nicolai Sic. Abb. Panormitani Pars II. Lecturae in II. Decretal. *Ad calcem*: M. CCCC. LXXI. *et tria Disticha, quorum medium:*

Ipſe virum qui magna refert reminiſcere tantum
Nec Vindelinus pretereundus erit.

Itaque Venetiis. Char. goth. Col. 2. *Sine Signat. Cust. Num. pagg. f. Ing.*

33. Pa-

33. Parole deuote de lanima inamorata in misser Jesu. *Ad calcem:* MCCCCLXXI. octauo Idus Aprilis: per Nicolaum Jenson Gallicum Opusculum hoc feliciter impressum est. *Char. lat. ut antecedentis.* 10. *foll.* 4. *min. Ibidem. Pin. IV. p.* 47.

34. Epistel Francisci Petrarche von Grisaldis. *Ad calcem:* Hie endet sich die Epistel Franzisci Petrarche us latin zeteutscht gemacht von ainer tugentreichen frowen geheissen Grisaldis die ainem kunig durch ir tugentreiche werck wie wol sye nider von geburt was gemächelt ward. Die hat getruckt Gintherus Zainer von Reutlingen czu Augspurg nach cristi geburt. M. CCCC. LXXI. jar. *f. Zapf a. p.* 11. *Panz. l. p.* 61.

35. Incipit aurea lectura Fomosissimi doctoris et suo tempore Monarchi ll. domini floriani de sancto petro de Bononia super titulo: si quatrupes *etc. Ad calcem:* Anno M. CCCC. septuagesimo primo Petrus trota regis rector in scicilia — hoc opus propriis fecit imprimere expensis — Sixtus riesinger huius operis magister. *Et lit. capital.* Sixtus Riessinger. *Char. lat. col.* 2. *Sine. Sign. Cust. Num. pagg. f. Ing.*

36. Ludovici Pontani de Roma Singularia. *Ad calcem:* MCCCCLXXI.

Impressum formis, iustoque nitore coruscans
Hoc Vendelinus condidit artis opus.

Frater Johannis de Spira Venetiis. Char. lat. col. 2. *Sine Sign. Cust. Num. pagg. f. Nord. Ing.*

37. Silii Italici Punicorum Libri XVII. *Ad calcem:* Opus jam neglectum Pomponius recognovit. Anno Domini M. CCCC. LXXI. VI. Calend. Mai. Rome. *Char. lat. f. Videtur ex typorum similitudine Deburio Schweynheimii et Pannarzii, licet horum alia hujus anni extet editio. Sed Laire adjudicat prelo Laueri in Monasterio S. Eusebii. Deb. bell. Lett. T. I. p.* 354. *Crev. III. p.* 229. *Laire p.* 165. *Aud. p.* 88. *Pin. II. p.* 372.

38. Novum Testamentum Bohemicum. *Incipit a Praefatione Hieronymi in Matthaeum:* Przemluwa swateho. Jeronyma wknihy. Cztenie. S. Matusse. *Ad calcem col. dextra folii adversi ex ramusculo pendent duo scutula: dextrum nigrum continet* 71. *albo, sinistrum album continet* M. *nigro colore. Infra scutula in medio comparet* 4. *Itaque legi posit.* 1471. *Sed erravit Xylographus, immemor tabellas in impressione retrogradum referre. Non tacebo tamen, esse, qui legere malint* 1475. *item quibus in utroque scutulo nonnisi* M. *litera adpareat. Cum neutris tricabor, editionem rarissimam indicasse contentus. Est ea porro in* 2. *columm. linear.* 36. *absque Signat. Custod. et num. pagg. habet tamen supra Libb. et Capp. epigraphas. Char. goth. f. Caes. Biblioth. Univ. Prag.*

39. Nicolai de Ubaldis de Perusio Tractatus de successionibus ab intestato. Rome. Anno domini M. CCCC. LXXI. die penultima Septembris. Regnante Sisto IIII. P. M. Pontificatus sui anno primo. *Char. lat. f. Glun.*

40. P. Virgilii Mar. Bucolica, Georgica, Aeneis. *Ad calcem:* M. CCCC. LXXI. *et versus decem, quorum primus et ultimi:*

Minciadae quicunque cupit cognoscere vatis —
Nos igitur peperit patrem qui nomine primum
Rettulit alter Adam: formis quos pressit ahenis.

Videtur editio Romana Adami Rot Clerici Dioecef. Metenf. vel Mantuana Petri Adam, *qui anno sequente comparebit, vel Veneta alterius* Adami, *fortasse* de Ambergau. *Char. lat. f. Deb. bell. Lett. I. p.* 280. *Laire p.* 169. *Aud. p.* 91.

41. Quadragesimale aureum editum per egregium fratrem Leonardum de Utino ordinis fratrum predicatorum. *Ad calcem:* M. CCCC. LXXI. *et Tabula. Char. lat. elegans. Sine Sign. Cust. Num. pagg. Linear.* 36. *f. Crem. Georg. Vor. Vall. I. p.* 237. *Pin. I. p.* 139. *Ing.*

Annus MCCCCLXXII.

42. Histori des grossen Alexander. *Interprete D. Joh. Hartlieb.* Augustae per Johannem Pämbler. 1472. f. *Nov. Zapf. a. p.* 23.

43. Joh. Andreae Quaestiones Mercuriales cum emendationibus Hieronymi de Castellanis. *Ad calcem:* Expliciunt Mercuriales questiones super regulis iuris Johannis andree utriusque iuris doctoris Famosissimi. Anno salutis. M. CCCC. LXXII. *etc. Char. lat. Col.* 2. *linear.* 54. *f. Putatur Romae per Adamum Rot. Vall. I. p.* 354.

44. Hienach volgent die fünff Anfächtigung *etc.* Hienach volgent die zechen Gepot Gottes mit einer nuczlichen Auslegung *etc.* Hienach volgt ein nüczlich Regiment, wer sich darnach haltet, der mag sein leben lang in Gesuntheit behalten. Hie hebt sich an ein ander Buch, darinn man vindent, wie man ein gesunden Menschen erkennen soll. *Ad calcem:* Das nüczlich Buch von Ordnung der Gesunthey hatt getruckt vnd vollendet Hanns Bämler zu Augspurg, an sant Jörgen Awbent Anno Christi im LXXII. Jar. *f. Dresd. I. p.* 162. *Zapf. a. p.* 20. *Panz. I. p.* 69.

45. Incipit tractatus venerabilis Patris fratris Anthonini Archiepiscopi Florentini ordinis predicatorum De institutione confessorum. *Ad calcem:* Explicit summa confessionum, seu interrogatorium pro simplicibus confessoribus editum ab Archiepiscopo Florentino, videlicet fratre Antonino ordinis predicatorum. Finita in Monte regali: anno Domini. M. CCCC. LXXII. die. XXIIII. mensis octobris. *Versus octo:*

Quem

Quem genuit quondam Germana Antuverpia potens
Mathiae Antonius virtute infignis et arte,
Baldafar et focius Corderius omnia fupra
Utile opus cunctis finxerunt Antonianam *etc.*

Char. lat. 4. *Vern. p.* 26. *Pin. I. p.* 114.

46. Editio alia. 1472. 4. *Pin. I. p.* 115.

47. Incomenza uno tractato vulgare. o fia confeffionale compofito per lo Reverendiffimo padre Beato frate Antonino — El quale fe intitula Medicina de lanima. *Habet Partes V. Post quartam fubfcriptio:* Bononiae Impreffum Anno M. CCCC. LXXII. *Post quintam fequuntur* 2. *Orationes lat. S. Thomae, Decalogus, Symbolum Apost. et Tabula. Char. lat. min. Ad finem cujusvis quinternionis vox, quae fequentem incipit, perpendiculariter ad marginem. Erit Balth. Azzoguidi. Hamb. IV. p.* 762. *Merc. p.* 4. *Mitt. p.* 19. *Pin. IV. p.* 12.

48. Angeli de Aretio Tractatus Maleficiorum. *Ad calcem:* Explicit tractatus Maleficiorum famofiffimi doctoris domini Angeli de Gambeleonibus de Aretio cum pluribus additionibus ultra primam eius lecturam. Anno falutis millefimo quadringentefimo feptuagefimo fecundo die uero decima quarta menfis nouembris fedente Sixto quarto pontifice maximo, Anno pontificatus eius fecundo. *Sub finem operis* Epiftola Hieronymi de Caftellanis editoris. *Char. lat. f. maj. Laire Romae non invito Audiffredo tribuit. Schw. b. I. p.* 105. *Laire p.* 189. *Aud. p.* 121.

49. Ejusdem idem Tractatus cum omnibus additionibus nouiffime per ipfum factis poft compilationem huius aurei ac preciofiffimi operis. *Ad calcem:*

Petrus adam mantus opus hoc impreffit in urbe.
Illic nullus eo fcripferat ere prius.

M. CCCC. LXXII. *Char. lat. elegans. Sine Signat. Cust. et Num. pagg. Columnae* 2. *f. maj. Primus hic igitur Mantuae Typographus. Schw. b. I. p.* 105. *Crev. VI. p.* 28. *Volt. p.* 10. *Genitivus graecus Mantûs apud Aud. p.* 474. *male positus pro cognomine Typographi, quod est de Michaelibus.*

50. Averrois Commentaria in Ariftot. de Anima. *Ad calcem:* Noue translationi librorum anime: et ueteri ab Aueroi hifpano cordubenfi commentate: fummi philofophi Ariftotelis ex ftragyra gretie oppido — finis impofitus eft. Nobilis vicentini Joannis philippi Aureliani et fratrum impenfa. opera vero atque ingenio Laurentij Canozij Lendenarienfis impreffe Pataui. Anno Chrifti optimi. M. CCCC. II. et LXX. Decimo Kalendas Decembris. *Char. lat. major in textu. Col.* 2. *Sine Signat. Cust. Num. pagg. f. Ing.*

 51. Avi-

51. Avicennae Canones. *Ad calcem:* Expliciunt Capitula libri tertii canonum Avicenne. die XXIII. decembris. Anno Domini M. CCCC. LXXII. *Rubrica adſcriptum:* Editio Patavina. *f. U. v.*

52. Magiſtri Pauli Bagellardi à flumine Libellus de infantium egritudinibus ac remediis. Patavii per Martinum de ſeptem arboribus Prutenum anno 1472. 4. *Glunicenſe Exemplar sine loco, ſed* XXI. Aprilis. *Gaign. p.* 307. *Glun.*

53. Incipiunt tractatus Bartoli de ſaxo ferrato qui ſua ſcientia leges illuminauit. *Sunt Tractatus* 30. *quibus accedit unus Baldi, duo Jacobi Egidii et Nelli de S. Geminiano. Ad calcem:* M. CCCC. LXXII.

Hos Vindelinus toto memorabilis orbe
Preſſit tractatus Bartole clare tuos.
Emendatoris laus eſt ęterna labori,
Nec minor artificis fama perennis erit.

Tabula f. Ergo Venetiis. Caeſ. Nov. Schelh. III. p. 129. *Schw. b. II. p.* 94.

54. Comincia il Philocolo di: M: G: Bocchacii. *Ad calcem:* Magiſter iovannes petri de magontia ſcripſit hoc opus Florentiae Die: XII: nouenbris: MCCCCLXXII: *Char. lat. absque Sign. Cust. et Num. pagg. f. Vix admittit aetas, ut Johannem hunc Petri Schöfferi filium dicamus. Hamb. IV. p.* 606. *ex Cat. Libb. ital. Liburni apud Ant. Santini* 1756. *p.* 92. *Vall. II. p.* 650.

55. Ejusdem La Fiammetta. Patavii per Martinum de ſeptem Arboribus. 1472. *Char. lat.* 4. *Pin. V. p.* 3.

56. Antonii de Butrio Conſilia. *Ad calcem:* Finis Conſiliorum — Rome impreſſorum per magiſtrum Adam Rot Meten. dioc. clericum. Anno ſalutis. M. CCCC. LXXII. XIII. menſis Auguſti *etc. Praeit Tabula f. maj. Neob. Schelh. Miſcell. Lipſ. T. XII. p.* 68. *Laire p.* 183. *Aud. p.* 104.

57. Joh. Calderini et Gaſparis ejus filii Conſilia redacta ſub congruis rubricis per Dominicum de S. Geminiano. *Ad calcem:* Finis Conſiliorum — Rome impreſſorum Per magiſtrum Adam rot Clericum. Metten. dioc. Anno ſalutis. M. CCCC. LXXII. XXIIII. Menſis Decembris *etc. Praeit Tabula. Col.* 2. *f. maj. Neob. Nic. Laire p.* 89. *Aud. p.* 105.

58. M. T. Ciceronis Rhetorica. Neapoli per Arnaldum de Bruxella. 1472. *f. Adm.*

59. Ejusdem Philippicae. Per Conradum Schweynheim et Arnoldum Pannarz. Romae 1472. *Char. lat. f. Aud. ex Cat. Harlej. p.* 102.

60. Ejusdem Epiſtolae ad Familiares. *Inſcriptio nulla. Ad calcem:* Explicit. Liber. XVIII. Epiſtolarum. Familiarium. Marci.

Tulii.

Tulii. Ciceronis. M. CCCC. LXXII. *Char. lat. elegans. f. Pin. II. p.* 218.

61. Clementis V. Papae Conſtitutionum Opus cum gloſſis Joh. Andreae. *Ad calcem:* Preſens Clementis quinti conſtitutionum opus clariſſimum. Per uenerabiles uiros Leonhardum pflugl et Georgium lauer Rome impreſſum. Anno domini. M. CCCC. LXXII. Die uero Decimaquinta Menſis Junii. Pontificatus. S. in chriſto Patris et Domini noſtri Domini Sixti. diuina prouidentia Pape Quarti. Anno eius primo. Finit feliciter. *Adhaeret Constitutio:* Exivi de Paradiſo. *Char. lat. f. Laire p.* 181. *Leng. II. p.* 50. *ex Catal. Hulſ. Aud. p.* 106.

62. Summa Collationum ad omne genus hominum. *Ad calcem:* Finitum eſt hoc opus. Anno domini. 1. 4. 72. die 17. menſs. Julij. *Praecedit haec ſubſcriptio Tabulam* 2. *foll. Char. goth. Col.* 2. *Linear.* 40. *Videtur Coloniae per Arnoldum Ther Hoernen, fuitque compacta cum aliis ejus editionibus. f. Vall. I. p.* 194.

63. Juſti De Comitibus Romani vtriusque Juris Interpretis ac Poetae Clariſſimi Libellus foeliciter incipit intitulatus la Bella Mano. *Istud litera quadrata. Ad calcem:* Finis. Per me Scipionem Malpiglium Bononienſem. M. CCCC. LXXII. *Char. lat. elegans. Abſque Sign. Cust. Num. pagg.* 4. *Crev. IV. P.* 2. *p.* 58. *Pin. IV. p.* 326.

64. Ant. Cornazano La Vita della glorioſiſſima Vergine Maria. *In terza Rima. Ad calcem:* Finis. M. CCCC. LXXII. 4. *Deb. bell. Lett. I. p.* 687. *Pin. IV. p.* 278.

65. Antiquae Deciſiones Rotae Romanae auctae ab editore Guil. Horborch Alamanno. Novae Deciſiones ab eodem collectae. *Ad calcem:* Alma in urbe Roma totius mundi regina — Non atramento plumali, neque ſtylo aereo, ſed artificioſa quadam adinventione imprimendi, ſeu characterizandi ſic effigiatum. ad Dei laudem, induſtrieque eſt conſummatum. per Udalricum. Gallum. et Simonem de Luca. Anno Domini. M. CCCC. LXXII. Die. vero. XX. Novembris. *f. maj. Prior pars etiam ſeorſim invenitur. Laire p.* 185. *Aud. p.* 121.

66. Sextus Liber Decretalium cum gloſſis Joh. Andreae. *Ad calcem:* Alma in urbe Roma totius mundi regina — ad Dei laudem, induſtrieque eſt conſummatum. Per Vldaricum. Gallum et Simonem de Luca. Anno Domini. M. CCCC. LXXII. die. vero. XIII. octobris. *Praeit Index. Char. textus Goth. gloſsae lat. Col.* 2. *f. Laire p.* 183. *Aud. p.* 119. *Pin. I. p.* 173.

67. Guilelmi Durandi Speculum Judiciale. Argentinae per Jeorium Huſſner 1472. *f. Meerm. Orig. C.* 1. *nota di. An non* 1473. *ut ſequitur?*

68. Der Enndkrift. *Vita Antichristi. Tabulis sculptis anopistographis, partim Icones cum explicationibus subjectis, partim Textum continentibus* 38. *Deest enim Tabula, qua Antichristi pater filiam in uxorem petens exhibetur. Vide Edit. principem inter Libros anni nota destitutos. Ad calcem:* Der junghannſs priffmaler hat das puch zu nurenberg 14°7°2. *f. Heineck. Idée gen. p.* 392. *Panz. I. p.* 62.

69. Albrecht von Eyb: Ob einem Mann ſey zu nehmen ein ehelich Weib oder nicht. *Dicatur Opuſculum Senatui Norimbergensi* 1472. *impreſsum vero est:* Auguſtae per Gintherum Zeiner 1472. *Hinc editio ſ. l. et a. quae infra adferetur, Norimbergensis erit et princeps. ſ. Schelh. III. p.* 129. *Zapf a. p.* 18. *Panz. I.* 69.

